



**De Ivre Ac Potestate Romanorvm Pontificvm,  
Imperatorvm, Regum ac Episcoporum**

**Alvarez Guerrero, Alfonso**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 A 2069**

De præstantia sanctissimorum Episcoporum. cap. xxiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)



Ncendiarij † ecclesiarum, vel monasterio-  
rum, vel piorum locorum sunt excommuni-  
cati ipso iure excommunicatione Episcopa-  
li; sed post denuntiationem sunt excommu-  
nicati excommunicatione Papali, de senten-  
excommun. tua nos.

Effractores cum spoliatione ecclesiarum, vel monaste-  
riorum, vel piorum locorum ante denuntiationem sunt  
excommunicati excommunicatione Episcopali; post de-  
nuntiationem vero Papali. Ib. idem.

Dantes licetiam offendendi, vel grauandi eos, qui sen-  
tentias excommunicationis, vel interdicti tulerunt contra  
quemcumque, nisi sententiam ipsam re integra reuocau-  
rint, vel si ad bonorum captionem processum fuerit, nisi  
infra octo dierum spatium omnia restituerint, vsq; ad du-  
os menses est Episcopalis; & exinde Papalis.

Item qui tali sententia data utrūque fuerint.

Item qui motu proprio aliquid præmissorum commi-  
serit, est Episcopalis, vel Papalis, ut supra, de sent. excom-  
mun. quæcumque.

Item absoluti à sententia excommunicationis ratione  
periculi alicuius, si post periculum non repræsentant se il-  
li, qui potest eos absoluere, in eandem sententiam incidunt  
Papalem, vel Episcopalem.

Participantes in criminis cum excommunicatis, aliquan-  
do sunt excommunicati excommunicatione Papali, ali-  
quando Episcopali, secundum quod excommunicatio fu-  
erit Papalis, vel Episcopalis.

## DE PRAESTANTIA SANCTIS- simorum Episcoporum. Cap. XXIII.

### S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiatus ab Episcopo compelli potest, ut beneficij sui titu-  
lum ostendat.
- 2 A correctione Episcopi non possit appellari.
- 3 Qualiter Episcopus à clero, & populo suam ingredians ciuita-  
tem suscipi debeat.

M

4 Pro-

4 Prohibitum est Episcopo cum mulieribus conuersari.  
 5 An possit Episcopus matrem suam, vel aliam suspectam securi  
habere.  
 6 Ludere an debeat Episcopus.  
 7 De qualitate mense Episcopi de victuetiam, atque vestitu.  
 8 Episcopus habens iurisdictionem temporalem causas sanguini  
la eiis committit.  
 9 Episcopus an esse possit consiliarius Principis secularis, &  
Pape.  
 10 Potest Episcopus parochiales ecclesias facere conuentuales, &  
missas.  
 11 Nomina clericorum, qui in ecclesia Christi deseruunt.  
 12 An possit Episcopus corpus usurarij defuncti sequestrare, ut  
peliatur.  
 13 Qualis esse debeat Episcopi correctio, verba, an realis.  
 14 Non ad credendum facilis, nisi prius veritate inspecta.  
 15 De reliquo ad prius usum regulariter quarta pars debet est  
scopo.



Beneficiatum potest compellere Episcopus, ostendat titulum sui beneficij. Felin. in cap. Heli. de simo. & doct. in c. j. de reg. iur. vj. Et potest Episcopus clericum capere ex causa, c. dilectis filiis, de appell. Et per doct. in cap. de posito. vbi dicunt, quod clericus potest carcerari, & turte subiungi. Et ibi notatur, quod clericus carcerari potest non solum cum agitur de crimen criminaliter, vt iniurie clericus, de sentent. excommun. lib. vj. sed etiam cum agitur de crimen civiliter. Et Episcopus potest mittere suos clericos in exilium: nam pena exilij est approbata iure canonico, vt per Panor. & docto. in cap. ad audientiam, de crimen falsi. Et est maior Episcopus in dioecesi sua quocunq; Principe seculari illius dioecesis. ita Panormus in c. omnes, de maior. & obedien. & in cap. soluite, eodenit. Habet etiam Episcopus iurisdictionem in laicos, at ipsos cogendum obseruare laudabilem consuetudinem ecclesie, vt per Panormita. in cap. ad Apostolicam, de s. monia.

Et notabis, quod in c. nisi cum pridem, de renuntiatio-  
ne, Papa ponit lex causas, ex quibus episcopi possunt pete-  
re, & Papa confueuit concedere cedendi licentiam, scili-  
cet debilis, ignarus; male conscius, irregularis, quem mala  
plebs odit, dans scandala.

† Sed an possit appellari à correctione episcopi, dic, vt  
per Panor. post Holt. & Ioannem Andream, in c. licet, de  
offi. ordi. & vide Abba. in c. de priore, de appell. dicentem  
ex mente Hostiensis, quod si prælatus corrigens subditū,  
eodem peccato æquali, vel maiori notoriæ detinetur, po-  
test ab eo appellari. dicti idem etiam Panor. in c. intellexi-  
mus, de adulterijs. † Episcopus creatus, confirmatus, con- 3  
secratus, cùm ciuitatem suam ingredi debet, clerus, & po-  
pulus procesionaliter, & honorifice eum suscipere de-  
bent, cùm episcopi vice Christi fungantur in terris. c.o-  
mnis qui vij. q. j. vbi legitur: Qui enim persequuntur do-  
minos episcopos, non eos tantum persequuntur, quantum  
Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione sun-  
guntur, similis text. est in c. in nouo testamento, xxij. dist.  
vide etiam de hoc Spe. in tit. de legatio. in g. lequitur vide-  
re. Et monachi debent ire procesionaliter cum clero ob-  
uiam episcopo secundum Bald. in l. fin. C. de bo. liber. alle-  
gat Oldra. super hoc consultus ab Archiepiscopo de Ra-  
uenna. † Nec potest episcopus cum mulieribus conuersa-  
ri: docto. in l. cum qui. C. de epis. & cler. lxxxj. distinct. c.  
in omnibus, c. sequent. & per totum. Vnde Hieronymus,  
hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pe-  
des terant; quia non potest toto corde cum Deo habitare,  
qui fœminarum accessionibus copulatur. c. hospitiolum.  
xxxij. dist. Propterea fertur Augustinum noluisse habitare  
cum sorore, c. legitur, lxxxj. distinct. dicens: Quæ cum so-  
nore mea sunt, sorores meæ non sunt. Idem probatur dist.  
xxxiii. c. j. Quod intellige, si soror esset male famæ, vt in  
c. à nobis, de cohi. cler. & mulie. c. volumus, lxxxj. dist no.  
in c. cum in iuuentute, de presumpt. & c. fœminas, & cap.  
cum omnibus, lxxxi. distin. † Sed dubitatur de episcopo,  
nunquid possit secum habere matrem suam, seu aliam no-  
suspectam, Anto. in c. j. de coha. cle. & mul. dicit, quod nō.

M. 3

Pauer;

Panor. tenet ibi oppositum, sed fatetur, quod opinio Antonij est honesta; maximè propter alios clericos cum Episcopo morantes. Sed Episcopus non permittat mulieres cum clericis habitare, nisi forte tales sint, cum quibus naturale fœdus nihil seu criminis suspicari permittat, vñ c. à nobis. & ibi Panor. de cohabitatio, cler. & mulie. Et in Niceno Concilio fuit prouisum; Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspitionem excludunt. c. interdixit, xxxij. distinct. Sed sacerdotes Græci non ligantur, quia ista lex non erat de necessitate salutis; & non fuit recepta ab ipsis Græcis per longa tempora, Papasciente, & non puniente. Panor. in c. cum olim, de clericis coniugatis. Et ibi dicit Panor. an ecclesia possit statuere, quod clericus possit contrahere matrimonium; ibi videbis. Et quia Papa non reprobat consuetudinem ecclesiæ, quæ est talis, ideo non est hæretica: vñ docto. & glo. in c. de libellis. xx. distinct. ¶ Et Episcopus etiam non debet ludere, vt in authent. interdicimus. C. de Epis. & cler. c. Episcopus. xxx. distinct. & ludus scacchorum est prohibitus etiam, iudicio meo, licet multi tenerint contrarium; sed per illum ludum Episcopi possunt abstrahia diuinis, ergo prohibitus. Si fuerint ludi nocturni vitandi sunt, sicut taxillorum, vt c. clerici, de vita, & honesto cler. Crimina ex ludo oriuntur, Hosti. in summa, in tit. de excessibus prælatorum. & de ludo vide infra in isto Spt. lxij. §. de ludo. Et debet Episcopus prohibere ludos in conciuiis suis, & Cantilenas decantari, & laus adesse, p. 7 tex. no. in c. nullus presbyterorum, de conse. dist. v. ¶ De qualitate verò mensæ Episcopi dico, quod in principio debet fieri benedictio, & in fine actio gratiarum, vt in c. non liceat, xliij. distinct. Item debet lectionibus vñ sacrarum scripturarum, vt evitentur confabulationes, & animæ adficiant ad bonum, vt in c. pro reuerentia, xliij. dist. Nec epulis lautius longo libore quæsitis vñ, ne videantur immemores Christi, & pauperis esurientis, & nudi. c. ecclesiæ principes. xxxv. distinct. vbi legitur: Si in Apostolorum loco sumus, nō solum sermonē eorum imitemur, sed etiā conversationem, & abstinentiam. Nec debet Episcopus conciuiis suis

uiuijs inuigilare. xlivij. dist. c. multis. Item debet habere Episcopus suppellecitem mensē vitem, victumque pauperem, c. Episcopus, xlj. distin. cum glo. quæ dicit, de consuetudine non seruari. vbi dicit tex. Episcopus vitem suppellecitem, & mensam, at victum pauperem habeat, & dignitatis suæ autoritatem, fidei, & vitæ meritis querat. Potest Episcopus vti vestibus secundum consuetudinem religionis, ne vilescat dignitas. Item debet vti vestibus desuper clausis, non tamen de pannis rubeis, vel viridibus. Sed non potest Episcopus vti vestibus laicorū; nec extra domū ire habet sine proprio habitu, c. Episcopi. xxj. q. iij. & c. sine ornatu. & c. sequen. Sed Episcopus non potest interesse causæ sanguinis, c. clericis, c. sententiam, ne cler. vel mona. c. ex literis, de excess. præla. c. in Archiepiscopatu, de rapto. c. conquestus, de foro compet. tenet Spe. in titu. de iuris. omnia iudi. §. fin. versi. & nota, quod Episcopus. Et ideo Episcopi habentes iurisdictionem temporalium, committunt laicis causas sanguinis, ut dicuant canonistæ. Et quia excedunt prælati multoties, vide docto. in tit. de excessibus præla. Et an Episcopus sit irregularis, si de facto comparet in causa sanguinis, quæ vertitur coram iudice suo, vide Spe. in tit. de dispensa. §. iij. & si prælatus procedit in causa sanguinis, non valet processus. Felin. in c. si quando, de rescript. vide Ripam in c. ij. de iudi. num. 45. Et an Episcopus unus debeat alterum honorare, secundum dignitatem ecclesiæ, notatur in c. si forte, de electio. in vj. & vide tex. in c. quanquam, & c. puto. ij. quæst. viij. quia Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differentur dignitatis, vt in d. c. puto. Et nota, quod cæteris paribus debet conferri prius in ordine Episcopatus ei, qui plus alijs laborabit per ecclesiam Dei, vt de maio. & obed. c. j. xlivij. dist. c. Episcoporum, lxxv. distin. c. fin. & Iacobus maior dictus est, quia adhæsit prius Domino, licet postea natus fuerit quam Iacobus minor, vt legitur in historia scholastica. Quod verum est, nisi sit Metropolitanus, vel alius superior, vt per glo. in c. fin. xvij. distin. Et vtrum Episcopus possit arma suscipere, vel mouere, dic, vt dicemus infra in c. de bello. Item dicunt doctores, quod Episcopus potest

potest esse consiliarius Principis secularis, vel Papæ; sed  
 male dicunt, quia residentia episcopi est de iure diuino, ut  
 dixi pluries, & videbis supra in c. nono. & ideo episcopus  
 non potest in Cardinalem promoueri, c. bone memorie,  
 il. j. de postul. prælat. Et an clericus possit esse legatus Prin-  
 cipis secularis, respondeo, quod sic. c. cum parati, & ibi  
 docto, de appell. vide docto. in authen. habita. C. ne fil. pro  
 patre. Et episcopus potest excommunicare Principem la-  
 cum suæ dioecesis, glo. in c. omnes, d. : maio & obedien. do-  
 cto. in c. duo sunt, xvij. distinct. Sed debet episcopus mu-  
 tius agere cum Principe, quia in cum alijs, vt in c. de rebus  
 xij. quæst. ij. Et de episcopo legitur in Apocalypsi, c. j. s.  
 ptem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum. i. episcop  
 ipsarum, ynde angelus, qui interpretatur missus, est nomi-  
 natus episcopalis officij, vt ibi per Lyram, & doct. Legitur etiam  
 in Apocalypsi c. ij. & angelo Ephesi ecclesia scribe. i. eius  
 episcopo. & dicunt communiter expositores, quod illi  
 fuit Timotheus Pauli discipulus, quem constituit episco-  
 pum ecclesiæ Ephesinæ. Sed Ioannes erat super omnibus  
 episcopis Asiae, cuius ecclesias fundauit, & erexit, vt habe-  
 tur in libro virorum illustrium; tamen communiter ma-  
 nebat Ephesi. Et episcopus est iudex inter laicos ratione  
 peccati. Ioan. And. in c. fin. de foro compet. in vj. notatu-  
 m. in cap. nouit, de indi. Quod est verum inter contrahentes  
 laicos, non inter hæredes. Bald. in authen. sacramenta pa-  
 berum, Item verum est etiam in causa feudalí propter sa-  
 cramentum fidelitatis, Bald. in l. liberti. C. de ope. liber. vlc-  
 colum. & in c. ij. de except. in vj. vbi not. quod episcopus  
 est iudex inter laicos ratione peccati, & in c. mulieri, de iu-  
 re iurani, & in c. exterum, de iudi. & in c. verum, de fo. com-  
 pet. Item contra raptorem, vel surem rei ecclesiæ, c. fin. de  
 fo. compe. c. si quis. j. c. si quis, ij. xxiiij. q. iiij. Et episcopus  
 debet instituere, vel confirmare presentatum a patrono ec-  
 clesiæ, si reperit eum esse idoneum, c. monasterium, c. de-  
 cernimus, xvij. q. vij. Inno. & doct. in c. Bertoldus, de re iu-  
 di. & vide not. in c. ex frequentibus, de instit. † Et episco-  
 pus potest ecclesias parochiales facere conuentuales, se-  
 cundum Abba. anti, in c. cum venissent, de constit. referi-  
 tio

Bal. in marg. in verbo, episcopus. Et episcopus, seu sacerdos non possunt dimittere Missam inchoatam imperfectam sine causa necessaria, c. nihil, vij. q. j. c. nullus episcopus, de conte. dist. j. dicitur enim Missa imperfecta antequam de-  
tur benedictio, c. missas, de consecr. dist. j. & episcopus ex-  
communicatus potest conferre sacros ordines, c. ab excom-  
municatis, c. ordinationes, ix. q. j. & de hoc ibi videbis. Et  
episcopus potest repetere clericum sibi subditum ab alio  
detentum, c. dilectis, de appell. & ibi doct. c. si iudex laicus.  
& ibi glos. de sent. excom. an vj. Est verum etiam inuitum  
quem defendere, & repetere potest, etiam a iudice laico,  
secundum Bal. in l. j. ff. de rei vendi. Bart. in l. præcepit. C.  
de cano. largit. tit. lib. x. Et clericorum exempti sunt a iurisdi-  
ctione laicorum de iure divino. docto. in c. soluite, de ma-  
ior. & obedien. & ibi Panor. & vide in c. de ecclesiastica li-  
bertate. ¶ Et clericorum nuncupantur generaliter omnes, qui in  
in ecclesia Christi deserunt, quorum nomina sunt hæc,  
ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus  
diaconus, presbyter, Episcopus, ut in c. clericos, xxj. dist. Et  
clericorum in quibus casibus subiungantur laicis, vide Imolam  
in Clement. ij. de electio. Sed mulier commiscens se cle-  
rico, subiungitur foro ecclesiastico. Abbas in c. clericos, de  
cohabita. cler. & mulie. Et de exemptione clericorum vi-  
de infra in situ. de ecclesiastica libertate. Et ciuitas potest  
ciuem suum ab alio detentum repetere, glos. in authen. de  
manda. prin. colla. iiij. §. patrocinia, vide glo. & doct. in d. c.  
si iudex laicus. notant Bart. & docto. in d. l. præcepit. ff. de  
rei vendi vbi dicunt, quod villa habens massarios obliga-  
tos ad onera, potest eos vendicare, l. de iure, ad municipia.  
Inno. & Imo. in d. c. dilectis. Sed si clericus incarceratur  
ab Episcopo, & moriatur in carcere, Episcopus non effici-  
tur irregularis, secundum Bal. in l. j. in fi. C. qui ad liberta-  
peruen. non poss. & plenè in l. pen. C. ad leg. Aquilam, vbi  
dicit verum, nisi ponatur in loco arcto, vbi aerem carce-  
ratus non videat. Et episcopus in quolibet loco dicecisis  
per se, & per alium potest pro tribunali sedere, & libere  
exequi, quæ ad ipsius spectant officium, c. cum episcopus,  
de officiis ordinari. in vj. vbi licet glos. quod manus injicere

in aliquem non debet Episcopus per text. not. in c. non licet. lxxxvj. distinet. & de ipsius mandato capientes excommunicati non sunt, c. vt famæ, de sentent. excommunic. & c. si clericos. Et capientes clericum de mandato Episcopi in excommunicationem non incident, glo. in d.c. cum Episcopus. Et de his vide Panor. in d. c. vt famæ. & laicis sine licentia Episcopi possunt capere clericum, ne fugiat, vt presentent iudici suo, & sic ad bonum finem. Idem in familia potestatis, qua potest capere clericum inuentum nocte, cum sit presumptio fraudis. ita (vt dixi) Panor. in d.c. vt famæ, de senten. excommunic. late in c. cum non ad homine, de iudi. Sed si Episcopus non habet clericum, vberat per se, glo. & docto. in d.c. non liceat. Et Episcopus Romæ, vel in curia Papæ potest ordinare sibi subditum ita Abb. anti. in c. omnibus, de appellatio, sequitur Bal. in marg. versi. Episcopus vero. Et virum Episcopo creditur de clero suo, quem forte repetat a iudice laico, & assertum esse clericum. Respon. sic; si per literas suas facit eisdem de clericatu, vel si pronunciauit eum esse clericum, non autem literis testimonialibns, secundum Bald. in l. i. qua per calumniam. C. de Epif. & cler. vbi vide; & etiam dicit credi probationibus de clericatu factis coram Episcopo, qui debet de questione incidenti clericatus cognoscere. Et ibi dicit, quod familia potestatis potest capere clericum inuentum in rixa: & interim iudex laicus detinet non debet innouare contra detentum, vt ibi per Bald. & nota. in c. si iudex de sentent. excommunic. in vj. Debet autem iudex statim remittere, si captus incedens in habitu, & tonsura allegat se clericum; alias non, nisi causa cognita de clericatu, d.c. si iudex. & Bald. vbi supra. Cum vero remittitur ad Episcopum, debet remitti sub fida custodia Angel. in l. cos. §. super his. C. de appell. & scias, quod clericus ioculator, vel buffonus, qui per annum artem illam exercuit, & tertio monitus non desstitit, vel si est clericus uxoratus non incedens in habitu, & tonsura, vel bigamus, vel degradatus, qui omnes non gaudent priuilegijs; non est ad Episcopum remittendus, de vita, & honesta cler. c. j. in vj. de cler. coniug. c. j. de biga. c. j. de pœnitentia. c. f. in vj.

Et

Et ita tener glo. ord. in d. c. si iudex. & Episcopus potest a-  
gere per iniuriam illaram suo vicario, vel subdito. Ita In-  
no. in c. dilectis, de appella & ibi docto. in c. contingit, de  
sentent. excommun. Ioan. Andr. in c. ad Apostolica, de re  
iudi. Quod est verum, si iniuria fuit facta in contumeliam  
Episcopi, alias non, secundum Bart. in l. j. s. fin. ff. de iniur.  
Idem in cuitate, vel domo, ut agere possit pro iniuria il-  
lata ciui, vel subdito suo, vel officiali, Barro. vbi supra, &  
Inno. in d. cap. dilectis. † An Episcopus possit sequestrare 12  
corpus usurarij defuncti, ne sepeliantur quousque haeredes  
caueant de usuris restituendis? Respon. quod sic, ut tenet  
Angel. in authen. ut defun. seu fun. eo. colum. v. Accesso-  
rie hoc infero, quod cadaver debitoris non potest a sepul-  
tura suspendi, vel sequestrari ad instantiam creditorum, in  
authent. ut cum de appell. cogn. s. mem. minimus. nec po-  
test appellari, ut quis non sepeliat. ita Spe. de appell. ver-  
s. viij. s. ij. Cadavera enim sepultura interdici regulariter  
non possunt, nisi in casibus ex presisis in iure. quibus adde,  
quod occidens seipsum carere debet ecclesiastica sepultu-  
ra, xxv. quast. v. placuit; & ibi gl. dicit, quod debet ei con-  
cedi canina sepultura. Et tenet glo. in c. ex parte, de sepul-  
secus si casualiter se perimat, d. c. ex parte. † Et qualis cor. 13  
rectio debeat per Episcopum fieri de rixis, vide tex. in c. j.  
ij. iiiij. xl. distinct. vbi dicitur, quod correctio potius ver-  
balis sit, quam realis. ibi videbis, vbi dicitur, non seueri-  
tate, sed benevolentia subditos praelati corripiant. & ibi  
dicit glo. semper iudex potius sequi debet misericordiam,  
quam iudicium; vel aequitatem, quam rigorem, c. non fa-  
tis, lxxxvj. distinct. Et corrigere est superioris, Cardi. post  
glo. in Clemen. ij. s. notarij, de haeret. Et vid. gl. in c. ir-  
refragabili, de offi. ordina. Et correctio excessiva an pati-  
atur appellationem, vide Spe. in tit. de inquisitione. s. viso  
igitur, vers. quid si prelatus, dicit, nec valeat appellatio in-  
terposita, ne inquiratur contra eum, vel ne v. sitetur; vel  
ne corrigatur. Et soli Episcopi exequuntur canones circa  
correctionem clericorum, ut in Clemen. j. de vita, & hone.  
clericorum; Et ibi Cardi. enumerat xijij. priuilegia cleri-  
corum. Sed priuilegium clericorum consistit in duobus;

primo, quia nqn possunt vexari in persona, nec in rebus. C. de Episco. & cler. l.ij. & de immunitate ecclesiarum, per totum. Secundo gaudent priuilegio canonis, c. si quis su- dente, xvij. q. iiiij. & vide Cardi. in Clem. perpendimus, de sent. excommun. Et priuilegium clericorum in veteri le- ge incepit a Rege Aegypti, Genes. xlviij. vbi dicitur, quod ab eo tempore usque ad presentem diem in vniuersa terra Aegypti Regibus quarta pars soluitur absque terra facen- dotali, quae libera erat: & habetur in c. non minus, de im- munitate ecclesiarum. In noua lege ab Imperatoribus. C. de sacrosan. eccles. l. ad instructiones. & l. plenum que, de censi. c.). Et idem est priuilegium clericorum, & ecclesia- rum. Cardi. in d. c. Clem. j. ¶ Sit tamen prudens Episcopus, ut statim non credat, sed veritatem prius inquirat, nec in correctione incipiat, c. si quid vero, lxxxvij. dist. Illud ten- menti, quod potest Episcopus excommunicare subditum alterius Episcopi ob pradam factam in dieceesi excom- municantis, vel alibi factam in illius dieceesi adductam, c. vlt. iiij. q. vij. c. j. de rapto. Et Episcopus puniteriam exemptum, delinquentem in sua dieceesi per dicta iura, & c. ad abolen- dam, de haret. vbi dicitur, quod nullum priuilegium iu- nat delinquentem. & de priuilegiis & excel. priuile. c. ruarum. quia ratione delicti pendit priuilegiū; c. priuilegiū xij. q. iiiij. vbi dicitur: Priuilegiū omnino meretur amittere, qui per- missa sibi abutitur potestate. Et Episcopus debet tueri im- plorantes auxilium suum, & ecclesie, scilicet viduas, & pu- pillos, lxxxvij. distin. per totum. Et ecclesia succedit Epi- scopo, xij. q. vlt. c. fin. c. j. de success. ab intest. ¶ & ibi videt- doct. & de hoc vide ea, quae supra dixi.

¶ Scias autem, quod quarta pars regulariter debetur Epi- scopo de relictis ad plium usum: probatur x. q. j. c. de his. & c. antiquos, xij. q. ij. c. vobis, c. vulneranz, & c. cōcessio, c. quatuor, c. de redditibus, & c. cognouimus, xvij. q. j. c. con- futurum, & c. ad hoc, de offi. ordi. c. conquerente, de testa. c. officij, c. requisisti. & ibi doct. post Inno. c. fin. de success. ab intest. c. de quarta, de præscrip. Quæ pars Episcopo de- betur ex l. dispositione, secundum Inno. in c. j. de sta. mon. Debetur etiam in compensatione onerum, quæ suffert. ¶ fin.

singulis ecclesijs, hoc verum, nisi consuetudo aliter se habeat. Sed plures sunt casus, in quibus quarta non debetur Episcopo, videlicet de relicto factio vni ex fratribus minoribus. Bal. in l. si quis ad declinandum. s. in omnibus. C. de Epis. & cler. & ibi videbis multa de hoc. & per Pau. & doct. in l. id, quod pauperibus, eo. tit. & vide Rom. in auth. similiter, ad leg. Falso. sed attendenda est consuetudo loci, que multum operatur. Et de hoc vide Gratianum in respons. cxliij in ij. par. Et ex diuturnitate temporis presumuntur omnia solennia interuenisse. Gratianus ubi supra. & vide Alex. in consil. ccxix. in vj. par. & vide docto. in l. qui in aliena. s. interdum. f. de acqui. hære. Item contra sortis legos per viam inquisitionis procedunt. & de sortilegii vide tractatum Pauli in v. volum. tractatum, in fol. 234. & v. de infra in illo Spec. c. lxij.

AN RES ECCLESIAE POSSINT ALIENARI, & aliqua de Reuerendissimis dominis Cardinalibus. Cap. XXIIII.

S U M M A R I V M.

- 1 Res ecclesie an sine capituli consensu ab Episcopo alienari possunt: fallit nisi alter consuetudo se habeat. & num. 2.
- 2 Hoc de iure canonico alienatio rei ecclesie aliam requirit solennitatem, quam de iure ciuili inductam, fallit in alienatione verum ecclesiasticarum fratrum Predicatorum sancti Dominici, ne non fratrum sancti Augustini & num. 4. 5.
- 3 Prelatus administratione priuandus est, qui sine solennitate res ecclesie distrahit.
- 4 Pontifex an possit sine Cardinalium consensu ecclesie ciuitates in feudum dare, & quid de castro, & alienatione verum cuiuscunq; ecclesie. & num. 8.
- 5 Soli Pontifici facultas data est, laico temporalem iurisdictionem concedendi.
- 6 Solus Papa an possit sine Cardinalibus ardua negotia gerere.
- 7 Episcopi quo ad ordines Papa sunt aequales, remissive.
- 8 Characteris impressio in septem ordinibus sit, & quid sit character.